

Band V., Nr. 1263, Seite 26-27

*Der Kardinallegat Hugo verleiht den Guttättern des St.
Katharinen-Hospitals in Esslingen vierzigägigen Ablass.*

Lüttich, 1253. Juni 25.

Universis Christi fidelibus per regnum Alamannie constitutis presentes litteras inspecturis frater Hugo, miseratione divina tituli sancte Sabine presbyter cardinalis, apostolice sedis legatus, salutem in domino. Quoniam, ut ait apostolus, omnes stabimus ante tribunal Christi recepturi prout in corpore gessimus, sive bonum fuerit sive malum, oportet nos diem messionis extreme misericordie operibus prevenire ac eternorum intuitu seminare in terris, quod reddente domino cum multiplicato fructu recolligere valeamus in celis, firmam spem fiduciamque tenentes, quoniam qui parce seminat, parce et metet et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet vitam eternam. Cum igitur, sicut dilecti in Christo . . magister et fratres hospitalis sancte Katherine in Ezzeling, Constantiensis diocesis, nobis insinuare curarunt, iidem ad sustentationem pauperum et egenorum ad illud confluentium fidelium suffragia noscantur plurimum oportuna^a, universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur in domino, in remissionem vobis peccaminum iniungentes, quatinus de bonis vobis a deo collatis pias eis elemosinas et grata caritatis subsidia erogetis, ut per subventionem vestram eorum indigentie valeat provideri et vos per hec et alia bona que domino inspirante feceritis ad eterne possitis felicitatis gaudia pervenire. Nos enim de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi omnibus vere penitentibus et confessis, qui manum eis ad hec porrexerint adiutricem, quadraginta dies de iniuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus. Presentes vero mitti per questuarios districtius inhibemus, eas, si secus actum fuerit, carere viribus decernentes.

Datum Leodii, VII. kalendas Iulii, pontificatus domini Innocentii pape IIII. anno decimo¹.

^aHier ist der Schreiber der Urkunde aus der Konstruktion gefallen.

¹D.h. vom Tag der Konsekration an gerechnet, vgl. AUGUST POTTHAST (HRSG.): Regesta pontificum Romanorum inde ab anno post Christum natum MCXCVIII ad annum MCCCIV, 2 Bde., Berlin 1874-75, Bd. 2, Nr. 15028 bis 15032.

II

Der Textabdruck folgt dem Original.

An roten und gelben Seidenschnüren hängt das spitzovale Siegel des Ausstellers, 47,30 mm (III. A. 2. a): Der stehende Kardinallegat mit Mitra und Dalmatica, mit beiden Händen ein Buch vor die Brust haltend; Umschrift: S . FRIS . HVG TT SCE SABINE *PresByte*RI CARD.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

StA Ludwigsburg

Signatur/Titel des Originals:

B 169 U 7

Regesten:

ADOLF DIEHL (BEARB.): Urkundenbuch der Stadt Esslingen, 2 Bde., Stuttgart 1899-1905 (Württembergische Geschichtsquellen 4 bzw. 7), Bd. 1, S. 17, Nr. 70.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Lüttich

Aussteller:

Hugo; Apostolischer Legat und Kardinalspriester von St. Sabina

Ortsindex:

Esslingen am Neckar Wohnplatz (331)

Esslingen am Neckar, ES

Konstanz Wohnplatz (14442)

Konstanz, KN

Lüttich, Prov. Lüttich, Belgien